℣ Diffusa est grā ī labys t.
℟ Propterea bñdixit te deus ī etnū Ā Beata mater ps
Magnificat anima mea dn̄m Et exultavit spūs meus in deo salutari meo Quia respexit hūilitatem ancille sue ecce enī ex hoc beatam me dicent omnes ḡnaciones.



mie sue. Sicut locutus
est ad patres nostros abra
ham et semini eius in secula.
Gloria patri. Antiphona. Beata mater
et innupta virgo gloriosa re
gina mundi intercede pro nobis
ad dominum. kyrieleison. christeleison. kyrieleison. Versus.
Domine exaudi. Responsum. Et clamor. Oremus

Concede nos famulos tuos quesumus
domine deus perpetua men
tis et corporis sanitate gau
dere et gloriosa beate ma
rie semper virginis intercessione



Sepe expugnauerũt
me a iuuentute mea et
eñ non potuerunt mĩ
Supra dorsũ meum
fabricauerunt peccatores
plongauerũt iniquita
tem suam· Dñs iust
concidet ceruices pctõrũ
confundantur et cõuer
tantur retrorsũ omnes
qui oderunt syon· Fi
ant sicut fenum tectoꝝ
quod priusq̃ euellatur
exaruit· De quo nõ



sustinebit. Quia apud
te ppiciacio est: et propt
legem tuam sustinui te
dñe. Sustinuit aīa
mea in verbo eius sperauit
aīa mea in dño. A cu
stodia matutina usqz
ad noctem speret isrl' in
dño. Quia apud dnm
mīa et copiosa apud eū
redempcio. Et ipse
redimet isrl ex omībz
Iniquitatibus eius.
Dñe nō est exaltatū



Ego mater capit^m
pulchre dilectois
et timoris et magnitu
dinis et sancte spei. Deo
gr̃as. V̄ Ora p nobis sancta
dei genitrix R̄ Ut digni effici
amur pmissioib; xp̄i Añ

Sub tuũ. ps
Nunc dimittis
seruum tuũ dñe: scdm
uerbũ tuũ in pace.
Quia uiderunt oculi
mei salutare tuum.
Quod parasti. ante



intercessio gloriosa nos
protegat: et ad vitam
pducat. Per xpm. De scis
An Sci dei oms R Letanii Or

Exaudi nos deus sal.
Oms sci tui a[c] ut s.
Sallo an adventu dni
mutat officiu ler m[c] i modum
subscriptu usq ad vigilia natal'
dni. Ad vespas sr ps A Missus
est gabriel angel[us] ad mariam
virginē desponsatā ioseph
dixit ei. A Ave maria gratia
plena dns tecū bndicta tu i



Magnificat. ut s̄ Añ
Spūs sanctus in te descen
det maria habens in utero
filiū dei allā ořo

Deus qui de bē mari.
de sčis Ā Ecce dn̄s ueniet
et oīns sancti e⁹ cum eo ⁊
erit in die illa lux magna
allā ℣ Ecce apparebit dn̄s
sup nubem candidā ℟ Et
cum eo sc̄oꝝ milia. ořo

Consciencias nr̄as
quesumus dn̄e
uisitando purifica ut





nomen erat ioseph: de
domo dauid: ⁊ nomen
uirginis maria. Et ing
ressus angelus ad eam
dixit. Aue maria gracia
plena dñs tecũ. Bñdicta
tu in mulieribꝫ. Tu aũt.
R. Missus est gabriel angelus
ad mariã ṽginem desposatã
ioseph nũcians ei ṽbũ et ex
pauescat ṽgo de lũie ne time
as maria inuenisti graciam
apud dñm ecce cõcipies et
paries et uocabitur altissimi



et filius altissimi voca
bitur. Et dabit illi dñs
deus sedem dauid pris
eius et regnabit ĩ domo
iacob in eternũ: et regni
eius nõ erit finis. Tu aũt.
℟ Aue maria grã plena dñs
tecum. Sp̃s sanctus supue
niet in te et uirtus altissim
obũbrabit tibi. Quod enĩ ex
te nascetur scm̃ uocabitur
filius dei. ℣ Quomodo fiet
istud qm̃ virũ nõ cognosco
⁊ rñdens angel⁹ dixit ei. Sp̃s





sextus illi qui vocatur
sterilis quia nō erit ipos
sibile apud deū omne
verbū. Dixit autē maria.
Ecce ancilla dñi. fiat m
secundū verbum tuum
Tu aūt ℟ Suscipe verbum
virgo maria quod tibi a dño
per angelū transmissum est
concipies et paries filiū dei
pariter et hoiem. Ut bñdicta
dicaris inter oēs mulieres ℣
paries quidē filiū et vginita
tis nō patieris detrimentum



et vocabitur nomen
eius emanuel: butirū
et mel comedet. ut sciat
reprobare malum et
eligere bonū. Dō gr̄s. Ad
iij Aue m̄ r̄c. ps consueta.
cap̄ Egredietur uirga.
Ad vj. Ā Ne timeas r̄c capit̄
Dabit ei dn̄s sedem
dauid pr̄is eius
et regnabit in domo ia
cob ineternum. et regni
eius non erit finis Deo
gr̄s. Ad ix Ā Ecce ancilla. ut s.




ante aduentū. Excepto q̄
ad bn̄d dr̄ ā Mirabile mi
sterium declarat hodie ino
uantur nature deus homo
factus ī quod fuit pmāsit
et quod nō erat assūpsit.
non ī comestionem passus
neqȝ diuisionem. Orō
Deus qui salutis. ⁊c̄.
Et dr̄ hec orō illo tp̄e ad om̄s
horas. Ad ī an̄ O admira
bile cōmerciū creator gn̄is
humani aīatum corpus
sumens de virgine nasci





Ecce maria genuit nobis
saluatorem quem iohānes
uidens exclamauit dicens
ecce agnus dei ecce q̇ tollit
pctā mundi allā. Ad mag
t ad nc̄ di. Ā Magnū here
ditatis misterium templū
dei fcm̄ est uterus nesciens
uirū nō est pollutus ex ea
carnem assumens omnes
gentes uenient dicētes. glā
tibi dn̄e. Ā Nota q̄ ab oct
pasche usq; ad ascensionē dn̄i
totū offm̄ fit sic āa adūctū






cm
inches




cm
inches



Domine ne in fu
rore tuo arguas
me neque in ira
tua corripias me.

serere mei domine qm̄
infirmus sum sana
me dn̄e quoniam con
turbata sunt ossa mea.
Et anima mea tur
bata est ualde sed tu do
mine usqȝquo. Con
uertere domine et eripe a
nimam meam. saluum
me fac propter mīam tuā.
Qm̄ non est in morte
qui memor sit tui in īfer
no autem quis confite
bitur tibi. Laboraui ī

genitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis str atum meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus meus inveteravi inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini ini quitatem quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei.
Exaudivit dominus depre cacionem meam dominus o racionem meam suscepit.



Erubescant et contur
bantur om̄s inimici mei
conuertantur et erubes
cant ualde uelociter. ps
Beati quorum remis
se sunt iniquitates
et quorũ tecta sunt pc̄ta.
Beatus uir cui non im
putauit dn̄s pc̄tm̄: nec
est in spū eius dolus. Q
uoniam tacui inueterau
erunt ossa mea: dum
clamarem tota die. Q
uoniam die ac nocte gra

uata est super me manus
tua conuersus sum in
erumpna mea dum con
figitur spina. Delictū
meum cognitum tibi feci
et iniusticiam meā non
abscondi. Dixi confite
bor aduersum me iniusti
ciam meam dn̄o: et tu re
misisti impietatem pecti
mei. Pro hac orabit ad
te omnis sanctus in tem
pore oportuno. Verump
tamen in diluuio aquarū



multarum ad eū non
approximabunt. Tu
es refugium meum a
tribulacione que circū
dedit me exultacō mea
erue me a circumdātibȝ
me. Intellectum tibi
dabo et instruam te in
uia hac qua gradieris
firmabo super te oculos
meos. Nolite fieri si
cut equus et mulus
quibȝ non est intellect⁹
In chamo et freno

maxillas eorū constrin
ge qui non approximāt
ad te. Multa flagella
peccatoris sperantem āt
in dn̄o misericordia cir
cumdabit. Letamini
in dn̄o et exultate iusti
et gloriamini omnes
recti corde. Gloria. ps
Domine ne in fu
rore tuo arguas
me neq; in ira tua cor
ripias me. Quoniam
sagitte tue infixe sunt





michi: et confirmasti su
per me manum tuam.
Non est sanitas in car
ne mea a facie ire tue n̄
est pax ossib; meis a facie
peccatorū meoꝝ. Qm̄
iniquitates mee supgres
se sunt caput meum: et
sicut onus grave gravate
sunt sup me. Putru
erunt et corrupte sunt
cicatrices mee: a facie insi
piencie mee. Miser fa
ctus sum et curvatus sū

usq; in finem tota die
contristatus ingrediebar
Quõ lumbi mei ĩpleti
sunt illusionib; et non
est sanitas in carne mea.
Afflictus sum et humi
liatus sum nimis rugie
bam a gemitu cordis mei.
Dñe ante te omne de
siderium meum: et gemi
tus meus a te non est ab
sconditus. Cor meum
conturbatum in me de
reliquit me uirtus mea.





et lumen oculorum meorum
et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi
mei aduersum me app
ropinquauerunt et stete
runt. Et qui iuxta me
erant de longe steterunt
et vim faciebant qui que
rebant animam meam.
Et qui inquirebant
mala michi loquti sunt
uanitates et dolos tota
die meditabantur. Ego
autem tamquam surdus

non audiebam et sicut
mutus non aperiens
os suū. Et factus sū
sicut homo non audiēs
et non habens in ore su
o redargutiones. Qm
in te domine spaui. tu
exaudies me domine deꝰ
meus. Quia dixi neq
uando supgaudeant mi
chi inimici mei: et dū
cōmouentur pedes mei
sup me magna locuti
sunt. Qm ego in fla






gella paratus sum: et do
lor meus in conspectu meo
semp. Qm̄ iniquitatē
meam annunciabo et cogi
tabo pro p̄ctō meo Ini
mici autem mei vivunt:
et confirmati sunt super
me + multiplicati sūt qui
oderunt me inique. Qui
retribuunt mala p̄ bonis
detrahebant m̄i quoniam
sequebar bonitatem. Ne
derelinquas me dn̄e deus
meus: ne discesseris a me

Intende in adiutoriũ
meum: dñe deus salutis
mee. Gloria pa. M
iserere mei deus: se
cundum magnã mĩam
tuam. Et secundum
multitudinem miseratio
num tuarum dele iniqui
tatem meã. Amplius
laua me dñe ab iniquita
te mea et a pctõ meo mũ
da me. Qm̃ iniquitatẽ
meam ego cognosco: et pec
catum meũ contra me est





semper. Tibi soli pecca
ui et malum coram te fe
ci: ut iustificeris in ser̄mo
nibꝫ tuis et vincas cum
iudicaris. Ecce enim
ita // conceptus sum et in pec
catis concepit me mater
mea. Ecce enī veritatē
dilexisti incerta + occulta
sapiencie tue manifesta
sti michi. Asperges me
dn̄e ysopo et mundabor
lauabis me et sup niuem
dealbabor. Auditui

meo dabis gaudium et
leticiam et exultabunt
ossa humiliata. Av
uerte faciem tuã a pctis
meis et oĩs iniquitates
meas dele. Cor mũdũ
crea in me deus et spm
rectum ĩnoua in uisceri
bus meis Ne proiicias
me a facie tua. et spm
sanctum tuũ ne aufe
ras a me. Redde michi
leticiam salutaris tui. et
spũ principali confirma



me. Docebo iniquos ui
as tuas et impij ad te cō
uertentur. Libera me
de sanguinibz deus deus
salutis mee et exultabit
lingua mea iusticiā tuā.
Dn̄e labia mea aperies
et os meū annūciabit
laudem tuam. Qm̄ si
uoluisses sacrificiū dedis
sem utiqz holocaustis nō
delectaberis. Sacrificiū
deo spūs contribulat⁹ cor
contritū et humiliatum

deus non despicies. Be
nigne fac dñe in bona vo
luntate tua syon ut hedi
ficentur muri ierusalē.

Tunc acceptabis sacri
ficium iusticie oblacões
et holocausta: tunc impo
nent super altare tuum
uitulos. ps.

Domine exaudi ora
cionem meam: et clamor
meus ad te ueniat. Nō
aduertas faciem tuam a
me in quacũqz die ĩclina



ad me aurem tuam.
In quacumqꝫ die inuo
cauero te uelociter exau
di me. Quia defecerũt
sicut fumus dies mei.
et ossa mea sicut crem
um aruerunt. Per
cussus sum ut fenum
et aruit cor meum quia
oblitus sum comedere
panem meũ. A uoce
gemitus mei adhesit
os meum carni mee.
Similis factus sũ

pellicano solitudinis:
et factus sum sicut ni
ticorax in domicilio.
Vigilaui et factus
sum sicut passer solita
rius in tecto Tota
die exprobabant michi
inimici mei: et qui lau
dabant me aduersum
me iurabant Quia
cinerem tamq̄ panem
manducabam + potū
meū cum fletu miscebā.
A facie ire indigna



cionis tue quia eleuãs allisisti me. Dies mei sicut umbra declinaue runt: et ego sicut fenum arui. Tu autem dñe in eternum pmanes: et memoriale tuũ in ge neracione et gñacionẽ. Tu exurgens domine misereberis syon. quia tempus miserendi eius quia uenit tempus. Qm̃ placuerunt seruis tuis lapides eius

et terre eius miserebūtᵣ
Et timebunt gentes
nomen tuū dñe et oīns
reges terre gloriam tuā.
Quia hedificauit do
minus syon et uidebit
in gloria sua. Respe
xit in orationem humi
lium et non spreuit p
recem eor. Scriban
tur hec in generatione
altera: et populus qui
creabitur laudabit do
minum. Quia pro



spexit de excelso sancto su
o: dñs de celo in terram
aspexit Ut audiret ge
mitus compeditorũ: ut
solueret filios interẽptor
Ut annũciẽt in syõ
nomen dñi: et laudem e9
in ihr̃lm. In conue
niendo populos in unũ:
et reges ut seruiant dño.
Respondit ei in uia uir
tutis sue paucitatem di
erum meoꝝ nũcia michi.
Ne reuoces me in di

medio dierum meorũ:
in generacione et gñaci
onem anni tui. Ini
cio tu dñe terram funda
sti: et opera manuum tu
arum sunt celi. Ipsi
peribunt tu autem per
manes: et omnes sicut
vestimentum veterascẽt.
Et sicut opertorium
mutabis eos et mutab
untur tu autem idem
ipse es: et anni tui non
deficient. Filii servorũ





tuorum habitabunt: et
semen eorum in seculũ
Dirigetur. Glã
De profundis clama
ui ad te domine. dñe ex
audi uocem meam. Fi
ant aures tue intendẽtes
in uocem dep̃cacionis
mee. Si iniquitates
obseruaueris domine dñe
quis sustinebit. Quia
apud te ꝓpiciacio est. et
propter legem tuam su
stinui te domine. Su

stinuit anima mea in
uerbo eius: sperauit aīa
mea in dño. A custo
dia matutina usqꝫ ad
noctem: speret israel ī dño
Quia apud dñm mi
sericordia et copiosa apd
eum redempcio. Et ipse
redimet israel. ex omnibꝫ
iniquitatibꝫ eius. Glā.
Domine exaudi ora
cionem meam au
ribus percipe obsecracionē
meam in ueritate tua //





iusticia Et nō intres
in iudiciū cum seruo tuo
dn̄e quia non iustificabi
tur in conspectu tuo oīs
uiuens Quia psecutus
est inimicus aiam meam
humiliauit in terra ui
tam meam Colloca
uit me in obscuris sicut
mortuos seculi et anxiat9
est sup me spūs meus in
me turbatum est cor meū
Memor fui dierum an
tiquorum meditatus sū

in omnibz operibz tuis:
et in factis manuū tuarz
meditabar. Expandi
manus meas ad te ani
ma mea sicut terra sine
aqua tibi. Velociter
exaudi me dn̄e. defecit spi
ritus meus. Non adū
tas faciem tuam a me: et
similis ero descendētibz in
lacum. Auditam fac
michi mane mīam tuā.
quia in te spaui. No
tam fac michi uiam in







qua ambulem quia ad
te levavi animam meã.
Eripe me de ĩmicis me
is ad te confugi doce me
facere voluntatem tuã
quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus
deducet me in terram re
ctam propter nomen tu
um dñe vivificabis me
in equitate tua. Edu
ces de tribulacione aĩam
meam. et in mĩa tua dis
perdes oĩs ĩimicos meos.

Et perdes omnes qui
tribulant animã meã:
quoniam ego seruus tu
us sum. Glã. letania
Kyrieleyson. Xpẽ
leyson. Kyrie
leyson. Xpiste audi nos
Pater de celis deus mi
serere nobis. Fili redẽp
tor mundi deus. mi
Spũs sancte deus. mi.
Sancta trinitas unus
deus. miserere nobis.
Sancta maria. ora pro



nobis.
Sancta dei genitrix. or
Scā virgo virginū. or
Sancte michael. or
Sancte gabriel. or
Sancte raphael. or
Omnes sancti angeli
et archangeli dei orate
pro nobis.
Scē iohēs baptista. or
Omnes sancti patri
arche et prophete. orate
Sancte petre. or
Sancte paule. or

Sancte andrea. or
Sancte iohẽs or
Sancte philippe. or
Sancte bartholomee.
Sancte mathee. or
Sancte thoma or
Sancte iacobe. or
Sancte symon or
Sancte iuda or
Sancte mathia. or
Scẽ barnaba or
Sancte marce or
Sancte luca or
Omnes sancti apostoli

cte euuangeliste. ore

Omnes sc̄i discipli dn̄i. ore

Omnes sc̄i innocentes. ore

Sancte stephane ore

Sancte line ore

Sancte clete ore

Sancte clemens ore

Sancte alexander ore

Sancte marcelle ore

Sancte laurenti ore

Sancte vincenti ore

Sc̄e dyonisi cum soc. t. ore


Sc̄e ypolite cū soc. t. ore

Sc̄e maurici cum soc. t. ore

Sancte fabiane. or
Sancte sebastiane. or
Sancte geruasi. or
Sancte prothasi. or
Oms sci martires. ore
Sancte maturine. or
Sancte siluester. or
Sancte leo. or
Sancte gregori. or
Sancte augustine. or
Sancte germane. or
Sancte iudocae. or
Sancte ieronime. or
Sancte benedicte. or










Sancte seuerine. or
Sancte anthoni. or
Sancte fiacri. or
Sancte yuo. or
Oīs scī cfessores. ore
Scā m̄ magdalena or
Scā m̄ egypciaca. or
Sancta anna. or
Sancta agnes. or
Sancta agatha. or
Sancta cecilia. or
Sancta lucia. or
Sancta anastasia. or
Sancta radegundis or

Sancta katherina or
Sancta margareta. or
Sancta genouefa. or
Sancta barbara or
Sancta fides or
Sancta spes. or
Sancta caritas or
Oms sancte vgies or
Oms sancti. or
Propicius esto parce nobis dne. Ab insidiis diaboli liba nos dne.
A dampnacoe ꝑpetua. l
Ab infestacoibz demo






nium. ℟. Ab omni immundi
cia mentis et corporis. ℟.
Ab immundis cogitacio
nibus. ℟. Cecitate cordis
℟. A morte subitanea et
eterna. ℟. Ab omni malo. ℟.
Per adventum tuum. ℟.
Per nativitatem tuam. ℟.
Per ieiunium tuum. ℟.
Per passionem tuam ℟.
Per gloriosam resurre
ctionem tuam. ℟. Per ad
mirabilem ascensionem
tuam. ℟. Per graciam

sancti spūs paracliti. I
In die iudicii. P
eccatores te rogamus au
di nos. Ut pacem no
bis dones. Te r. Ut mīa
et pietas tua nos semp
custodiat. Te r. Ut ec
clesiam tuam sanctam
regere et defensare dignis
Te r. Ut epōs + abbates
nōs et omnes congrega
ciones illis cōmissas in
sancta religione conser
uare dignis Te r. Ut





Ut regib; et principib; nr̄is
pacem et ueram concor
diam donare dignūs. tr̄
Ut cunctum pplm
xpistianū precioso san
guine redemptum conser
uare dignūs. tr̄. Ut
locum istum et omnes
habitantes in eo uisitare
et conseruare dignūs Tr̄.
Ut omnib; benefacto
ribus nr̄is sempiterna
bona retribuas. Tr̄. Ut
fructus terre dare et con

seruare dignus. Tr. Ut
omnibz fidelibz dei deffun
ctis requiem eternam do
nes tr. Ut nos exau
dire digneris. tr. Fili
dei. n. Agnus dei qui
tollis peccata mundi pce
nobis dne. Agnus
dei qui tollis peccata mu
di exaudi nos dne. A
gnus dei qui tollis pcta
mundi miserere nobis.
Kyrieleyson Xpel.
Kyriel. Pater nr. q.






Et ne nos. Sed libera.
Domine exaudi oracionem. Et clamor meus. Oremus. Oracio
Deus cui proprium
est misereri semper
et parcere suscipe deprecacio
nem nostram ut quos deli
ctorum cathena constrin
git miseracio tue pietatis
absolvat. Per xpistum. Oracio
Ure igne sancti spiritus
renes nostros et cor nostrum
domine. ut tibi casto corpore
serviamus et mundo cor

de placeamus. orõ

Deus a quo sancta de
sideria recta consilia
et iusta sunt opera. da ser
uis tuis illam quã mun
dus dare non potest pacẽ
ut et corda nr̃a mãdatis
tuis dedita et hostiũ subla
ta formidine tempa sint
tua ptectione trãquilla.

Fidelium deus orõ
Hominum conditor
et redemptor animabus
famulorum famularũ







qz tuarum remissionem
cunctorum tribue peccatorum
ut indulgenciam quam
semper optauerunt pijs
supplicacionibus consequ
antur qui viuis et regnas
deus per omnia secula
seculorum amen.



Domine labia
mea aperies. V
Et os meum
annũciabit laudem tuã.

Deus in adiutor meum.
Domine ad adiuuandum me.
Gloria patri
Patris sapiencia uer
itas diuina. deus
homo captus est. hora ma
tutina. a suis discipulis
cito derelictus a iudeis tra
ditus uenditus afflictus.
A. Adoramus te xpiste et bene
dicimus tibi quia per sanctam cru
cem tuam redemisti mundum. Or
Domine ihesu xpiste
fili dei uiui. pone

passionem autem + mor
tem tuam inter iudiciū
tuum et aīam meam nūc
et in hora mortis mee sēp
et largiri digneris viuis
mīam et graciam deffun
ctis: requiem et veniam
ecclesie tue pacem et cōcor
diam. et nobis pcc̄oribus
uitam et glām sempiter
nam. p xp̄m d. no. ā. Ad ī
Deus in adiutoriū me.
Hora prima ductus
est ihūs ad pȳla



tum. fallis testimoniis
multū acusatū. in col
lo paciunt manibus
ligatum. uultum dei cō
spuunt. lumen celi gra
tum. ā Adoram⁹ te xpē.
Dñe ihū xpē fi. ad m
Deus in adiutoriū.
Crucifige clamit
tant hora tercia
illusus induitur ueste
purpurarū. capud ei⁹
pongitur corona spina
rum. crucem portat ihu

mens ad locum pena
rum. A̅ Adoramus te xp̅e
Dn̅e ihu̅ xp̅e. Or̅o
Deus in adiutoriu̅.
Hora sexta ih̅s est
Lanea conclauatus
et est cum latronib9 pen
dens deputatus. pretor
mentis sitiens felle satu
ratus agnus crimen
diluit sic ludificatus A̅
Adoramus te xp̅e et b̅ndica?
Dn̅e ihu̅ xp̅e fi Ad ix̅
Deus in adiutoriu̅.



Hora nona dominus
ihesus expirauit. hely
clamans animam patris com
mendauit. latus eius lan
cea miles perforauit. terra
tunc contremuit et sol ob
scurauit. ℣. Adoramus te xpiste.
Domine ihesu xpiste fili. Oratio
Deus in adiutorium.
De cruce deponitur.
Hora uespertina. forti
tudo latuit in mente diui
na talem mortem subiit
uite medicina. heu corona

gloriae

glorie iacuit suprema. ā
Adoram⁹ te x̄e. Dn̄e ihū x̄e.
Converte nos ad cpl'
deus salutaris nr̄.
Et intende in adiutoriū meū.
Deus in adiutorium.
Hora completorii da
tur sepulture corpus
xp̄i nobile spes uite futu
re conditur aromate. cō
plentur scripture. iugis
sit memoria mors hec mi
chi cure.
Has horas canonicas





cum deuocione xp̄e tibi
recolo pia racione. ut q̄d
pro me passus es amoris
ardore. sis michi solaciū
in mortis agone. ā. Ado
ramus te xp̄e et benedicimus.
Dn̄e ihū xp̄e fili dei viui



Domine labia
mea aperies.
Et os meum
annunciabit laudē tuā.

Deus in adiutorium.
Dñe ad adiuuandũ me.
Glã prĩ. Sicut erat
Nobis sancti spũs
gracia sit data de
qua uirgo uirginũ fuit
obumbrata. cum per san
ctum angelum fuit sa
lutata. uerbũ caro factũ
est uirgo fecundata. añ
Veni sancte spũs reple tuorum
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem ascende. ℣ Emitte
spũm tuũ et creabuntur ℟ Et

renouabis faciem terre. Ore9

Omnipotens orō
sempiterne deus
da nobis illam sancti
spūs graciam quā dis
cipulis tuis in die san
cto penthecostes trans
misisti. p xp̄m dn̄. n. a.
Deus in adiut. Ad j.
De uirgine filius
Xpūs fuit natus
crucifixus mortu9 atq
tumulatus resurgens
discipulis suis demon



citatus et ipsis cernētibz
celis elevatus. Ã Veni sc̄e.
Omps sempit. Ad m
Deus in adiutoriū.
Suum scm̄ spm̄
Deus delegavit. i
die sancto penthecostes
ap̄los confirmavit. et de
linguis igneis ip̄os in
flāmavit. relinquēs or
phanos illos denegavit.
Ã Veni sancte spūs reple t.
Omps sempit. oro
Deus in adiutoriū.

Spiritus paraclit[us]
fuit appellatus.
donum dei caritas fons
vivificatus: spiritalis
unctio ignis inflāmat[us]
septiformis gracia caris
sima vocatus. ā. Veni scē.
Omnips sempit. d. Ad
Deus in adiutor. ix
Septiformam gra
ciam tūc accep
taverunt quare ydio
mata cuncta cognove
runt ad divisa climata



mundi recesserũt. et fidẽ
catholicam tunc p̃dica
uerunt. Ã Veni sancte spũs.
Omnps sempit. Ad ııs
Deus in adiutorium.
Dextre dei digitus
Uirtus spiritalis
nos deffendat euat ab
omıb; malis: ut nobis
non noceat demon infer
nalis. sed protegat nut
riat et foueat sub alis.
Ã Veni sancte spũs reple t. cord.
Omnps sempitne ds.

Conuerte nos ad cpl'
deus salutaris nr̄.
Et aduerte iram tuā.
Deus in adiutorium.
Spiritus paraclitus
nos uelit iuuare
gressus nr̄os regere et il
luminare. ut cum deus
uenerit omnes iudicare
nos uelit ad dexteram
suam appellare.
Has horas canoīcas
cum deuocione t
sancte spūs pia racione





dixi ut nos visites ĩ spi
ratione. ut vivam⁹ iu
giter celi regione. ã Veni
sancte spũs reple tuoꝝ corda fi.
Omnips sempitne ds.
ut supra Benedicam⁹
domino Deo grãs.



Aͣ Placebo. ps

Dilexi quoniam
exaudiet dñs:
vocem orationis mee

Quia inclinauit aurē
suam michi: et in diebꝫ
meis inuocabo. Circū
dederunt me dolores mor
tis: et pericula inferni in
uenerunt me. Tribu
lacionem et dolorem īue
ni: et nomen dñi inuoca
ui. O dñe libera aīam
meam misericors dñs
et iustus et deus nr̄ mise
retur. Custodiens par
uulos dñs humiliatus
sum et liberauit me. Cō

uertere anima mea in
requiem tuam quia dñs
benefecit tibi. Quia erip
uit aiam meam de mor
te oculos meos a lacrimis
pedes meos a lapsu. Placebo dño in regione
uiuorum. Requiem
eternam dona eis dñe.
et lux perpetua luceat eis.
Aᷓ. placebo dño in regione ui
uorum Aᷓ. Heu me. ps.
Ad dñm cū tribul'. Aᷓ.
Heu me quia incolatus me⁹



prolongatus est. Ã Dñs. ps
Leuaui oculos meos.
Dñs custodit te ab oĩ malo cu
stodiat aĩam tuã dominus
Ã Si iniqtates. ps
De profundis clama.
Ã Si iniquitates obseruaueris
dñe. dñe q̃s sustinebit. Ã Opa
Confitebor tibi
dñe in toto corde
meo quoniam audisti
uerba oris mei. In cõ
spectu angelorũ psallã
tibi adorabo ad templũ

sanctum tuū et confite
bor nomini tuo. Sup
mīa tua et ūitate tua:
qm̄ magnificasti super
omne nomen sanctum
tuū. In quacūqȝ die
inuocauero te exaudi
me multiplicabis in aīa
mea uirtutem. Con
fiteantur tibi dn̄e oīs
reges terre quia audie
runt omnia ūba oris
tui. Et cantent ī uiis
domini: qm̄ magna est



gloria domini. Q[uonia]m excelsus d[omi]n[u]s et humilia respicit et alta a longe cognoscit. S[i] ambulauero in medio tribulacionis uiuificabis me et super iram inimicor[um] meor[um] extendisti manum tua[m]. et saluu[m] me fecit dextera tua. D[omi]n[u]s retribuet pro me d[omi]ne m[isericordi]a tua in s[e]c[u]l[u]m: opera manuu[m] tuaru[m] ne despicias. R[e]quiem. a[ntiphona] Opera manuu[m] tuaru[m] d[omi]ne ne

despicias ã Omne. ps
Magnificat aĩa mea.
ã Omne quod dat m̃ pater ad
me veniet et eum qui venit ad
ad me nõ eiciam foras. Kyrie
leyson. xp̃e l. kyrie l. P̃r nr̃. Et
ne nos indu. ps
Lauda anima mea
dñm laudabo dñm in vi
ta mea psallam deo meo
q̃diu fuero Nolite cõ
fidere in principib3 in fi
liis hominũ in quib3 nõ
est salus Exibit sp̃us





ejus et revertetur in terrã suam in illa die peribũt omnes cogitationes eorum
Beatus cujus deus jacob adjutor ejus spes ejus in dño deo ipsius qui fecit celum et terrã: mare et oĩa que in eis sũt
Qui custodit veritatẽ in seculum facit judiciũ injuriam patientibus dat escam esurientibz
Dñs solvit cõpeditos dñs illuminat cecos.

Dn̄s erigit elysos dn̄s
diligit iustos Dn̄s
custodit aduenas pup
illum et viduam susci
piet et vias pctorum dis
perdet. Regnabit dn̄s
in secula deus tuus syon
in generacione et genera
cionem. Requiem. ℣
Requiescant in pace ℟ Amē. ℣
A porta inferi ℟ Erue dn̄e aīas
eor. ℣ Credo videre bona dn̄i ℟
In terra viuenciū. ℣ Dn̄e exau.
℟ Et clamor. Oremus. Oīō



Inclina dñe aurem
tuam ad preces no
stras quibz mĩam tuam
supplices deprecamur ut a
nimas famulorũ famu
larum q tuarz quas de
hoc seculo migrare iussisti
in pacis ac lucis regione
constituas: et sanctorum
tuorz iubeas esse consortes.
Per xpm do. no. am. Oro
Deus qui inter apo
stolicos sacerdotes
famulos tuos sacerdotali

fecisti dignitate vigere. p̄
sta q̄s: ut eorum quoque
ꝑpetuo aggregentur con
sortio. Or̄o.
Deus qui nobis pa
trem et matrem honorare
precepisti: miserere clemēt
animabꝫ pr̄is et matris
mee. eorum qꝫ oīa peccata
dimitte: meqꝫ cum eis ī
eterne claritatis gaudio
fac videre. Or̄o.
Deus venie largitor
et humane salutis ama



tor qs clemenciam tuã.
ut nr̃atum congregaci
onum fratres sorores
parentes amicos et bene
factores nr̃os qui ex hoc
seculo transierunt beata
maria semp virgine ĩter
cedente cum om̃ibz scĩs
ad ppetue beatitudinis
consorciũ pervenire cõcedas
Fidelium deus Orõ
om̃im conditor et
redemptor aĩabz famu
lorum famularum qz



tuarum remissionem
cunctorum tribue pccõꝝ
ut indulgenciam quã
semper optauerũt piis
supplicacionibꝫ conseq
uantur. Qui uiuis & reg
nas deus per oĩa secula
sclõꝝ amen. Requie
scant ĩ pace. am. ĩ pº Nº
Añ Dirige. Ps.
Verba mea auribꝫ p.
Añ Dirige dñe deus meus in
cõspectu tuo viã meã. Añ Cõuerte
Domine ne ĩ furore.

ā Conuertere dñe et eripe ani
mam meā qm̄ non est ī mor
te qui memor sit tui ā Req̄n.
Domine deus meus
in te speraui saluū
me fac ex omnib; perse
quentib; me et libā me.
Nequando rapiat ut
leo animam meam dū
non est qui redimat ne
q; qui saluum faciat.
Dñe deus meus si feci
istud: si est īiquitas in
manib; meis Si redd

didi retribuentibz michi
michi mala decidam me
rito ab inimicis meis ina
nis Persequatur ini
micus aiam meã. comp
hendat et conculcet ĩ terra
uitam meã et gliam me
am ĩ puluerem deducat.
Exurge dñe in ira tua
et exaltare in finibz inim
corum meoꝝ Exurge
dñe deus meus in precepto
quod mandasti. et syna
goga ppłoꝝ circũdabit



te. Et propter hanc in
altum regredere dñs iudi
cat pplos. Iudica me
dñe secundum iusticiam
meam: et sedm innocenciã
meã sup me. Consu
matur nequicia peccatorum
et diriges iustũ scrutans
corda et renes deus. I
ustum adiutoriũ meũ
a dño qui saluos facit
rectos corde. Deus iudex
iustus fortis et paciens
nũquid irascatur p sin

gulos dies. Nisi cõuer
si fueritis gladiũ suum
vibrauit arcũ suũ. teten
dit et parauit illũ. Et
in eo parauit uasa mor
tis sagittas suas ardẽtib;
effecit. Ecce parturit
in iusticiam concepit do
lorem et pepit ĩniquitatẽ.
Lacum apuit et effo
dit eum et incidit ĩ fouea
am quã fecit. Conuer
tetur dolor eius ĩ capud
eius et in uerticem ipsius



iniquitas eius descendet.
